Noverint universi quod Ego Margarita uxor Petri torrent parrochie de marcemagna que fui uxor Guillelmi vitalis quondam de burdillis Gratis et ex certa sciencia de consensu
et voluntate dicti viri mei presentis et subscribentis consencientis Diffinio et ffacio me una cum omni prole a me amodo nascitura et cum omnibus bonis meis mobilibus presentibus et futuris
ffeminam propriam et solidam vestri honorabilis domine Ermissendis dei gracia Abbatisse Monasterii sancti Danielis Gerunde et vestre successore in dicta abbatia
et hoc pro eo quia racione matrimonii quod contraxi cum dicto marito meo intravi dictum mansum torrent qui pro vobis dicta domina abbatissa et successoribus vestris in eadem
tenetur quo ad directum dominium et pro quo manso vos debetis habere homines et feminas et futuros [illegible] Gerunde. Quare promitto vobis quod ero vobis et dominabus vestris succes
soribus in dicta abbatia bona fidelis et legalis tam de corpore quam de havere prout vassallus esse debet suo domino naturali Et quod non intrabo castrum villam vel Civitatem
nec alia loca causa morandi nec aliquid aliud faciam propter quod vos possitis me amittere et aliquid lucrari Immo vos et vestros successores in dicta abbatia et non alios
pro dominis meis ubique reclamabo obligando ad hec vobis et vestris successoribus in dicta abbatia in posse notarii infrascripti tamquam publice persone hec a me nomine
vestro et aliorum omnium quorum interest et intererit stipulantis et recipientis me et omnia bona mea habita et habenda ubique. Et pro predictis omnibus et singulis attendendis
firmiter et complendis tenendis et servandis facio homagium manibus meis comendatum in posse petri cayomar scriptoris Gerunde procuratoris per vos ad hec legitime constituti ipsum
homagium a me nomine vestro et vestre in dicta abbatia successore recipientis Iurans insuper per dominum deum et eius sancta quatuor evangelia manibus meis corporaliter
tacta predicta omnia et singula rata grata et firma semper habere tenere et servare et nullatenus contrafacere vel venire iure aliquo sive causa. Et ego dictus petrus torrent
maritus dicte Margarite consentiens predictis laudo hec et firmo. Actum est hoc Gerunde vicesima prima die mensis Junii anno a nativitate domini Millesimo Quadringen
tesimo vicesimo quarto. Signum Margarite predicte que hec firmo et laudo pariterque iuro. Signum Petri torrent predicti qui hec laudo consentio et firmo.

Testes huius rei sunt Johannes ucard et Johannes maior assaonatores Gerunde.

Signum Petrus cerviam notarius publicus auctoritate regia substitutus a Jacobo de Campolongo quondam publico Civitatis [illegible] vicarie Gerunde suarumque pertinenciarum notario hec scribi feci et clausi.

Somanatges del mas corret de madramanya

per capmas ...

1179

1424. VI. 21

40 f. 152

T. 207 x 400

AMV ... 17.
p. 11
nº 1111